Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26078
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Quere pacem et persequere eam. Et iterum. Hospitalitatem persequentes et quesierunt
runt dominum. ut ex prioribus contuitiant presentia. cum multo difficili
ora facta sint. hec que promittuntur futura non dubitant. Porro iux
ta lxx. persecutoribus iusticie dicitur ut aspiciant in robustissi
mam petram quam exciderunt et in foveam laci quem foderunt. id est dominum
salvatorem de quo et apostolus loquitur. petra autem erat christus. et alibi scrip
tum est. Statuit super petram pedes meos. et iterum. In petra exaltavit
me. Huius enim latus lancea perfoderunt de quo exivit sanguis
et aqua. et huius foderunt manus et pedes dicente ipso domino
salvatore. foderunt manus meas et pedes meos dinume
raverunt omnia ossa mea; possumus excisam petram sepulchrum di
cere salvatoris in quo conditus est. et resurgens a mortuis innu
merabiles filios genuit. et appellatus est abraham id est pater
multarum gentium. sic et sara prius sterilis interpretatur ecclesia que alio
nomine appellatur syon. quam dominus consolatus est et posuit de
serta eius quasi paradysum. Plures enim filii deserte magis quam
eius que habet virum. quodque dicitur. et ea que ad occidentem sunt po
nam in paradysum domini sive in hortum dei. illud significat quod
sedentibus in tenebris et umbra mortis lux [illegible] repentina
surrexerit. Pro paradyso in cuius loco nos delicias [illegible] verum in
hebraico ponitur eden. de quo in principio geneseos scriptum est.
Et hoc notandum quod in syon que comparatur paradyso dei et
aliud esse non debeat nisi gaudium et leticia confessio. et vox lau
dis. ut quod in celis facturi sunt sancti cum angelis dei. hoc et iam in terra
iugi in domini laude meditentur. Attendite ad me populus meus et
tribus mea me audite. quia lex a me exiet. et iudicium meum in lucem
populorum requiescet. Prope est iustus meus. egressus est salvator
meus. et brachia mea populos iudicabunt. Me insule expecta
bunt et brachium meum sustinebunt. lxx. Audite me au
dite me populus meus et reges ad me attendite. quia lex a me